

is nescius, adiit post se in praesenti vita non diu vixit. 58. Abbatissam Richburgam interrogans -- interrogans prefatam Abbatissam R. quae secum illuc venerat, & sibi semper aderat;

Pag. 207. lin. 1. At illa, ubi sunt, inquit, pallia &c. -- nil superesse didicit, nisi pallium, quod superponendum feretro suo jussert reservari. Illud, inquit, affer, ut nostro nepoti in pignus amoris donetur. 8. Hec munera, nostri sunt monumenta -- istud charitatis donum mei apud te sit commonitorum. 11. Ut si Domina nostra obitus eveniat &c. -- ut si secus acciderit, citius renunciare possit, ut iterum adveniamus. 16. ibique medicinalem &c. -- ibi medicinalem potionem accepit, moxque regina morte obiit. Sicque propheta famulae Dei completa. Divinis officiis & eleemosynis fecit memoriam agi. 25. ut Presbyteros & Sanctimoniales convocarent -- convocatio Presbyteris & Sanctimonialibus, quae ad exsequias suas attinerent, preparari fecit. 31. Post haec praecepit, ut omnes exirent eccl. Post haec exceptis ipsius ministris, omnibus iussu ejus egressis, post salutaria monita, Mathildi nepti suae, filiae Ottonis Imperatoris, ipsius loci Abbatissae, ac saepe dictae R. Northsumensis monasterio prelatae, exhibita; Post peccatorum confessionem Presbyteris & Sanctimonialibus factam; Politia, inquam, omnia, peractis missarum solemnii, communionem corporis & sanguinis Christi accepit, ac deinde, ut psalmi coram se cantarentur, & passiones Christi legerentur, admonuit. Iphavero oculis & manibus elevatis, animo & spiritu jam in celum suspenso, jacebat. 59. propriis manus imponens cinerem capiti -- cinerem propriis manibus supponebat capiti.

Pag. 208. lin. 9. Igitur sepelierunt corpus in Basilica S. Servatii &c. -- sepulta est autem in Basilica S. Servatii; Sic ipsa proposuerat; juxta sepulchrum Regis Henrici. Igitur Beata Mathildis Regina, genere Saxonica, Regis Henrici reliqua, plena dierum, plena omni honore, plena operibus bonis & eleemosynis, cunctis divitiis distributis servis Dei & ancillis ac pauperibus, anno Domini incarnationis DCCCCLXVII. viduitatis autem suae XXXI, II. Id. Martii, sabbatho primae hebdomadæ quadragesimæ, ea scilicet hora, quæ pauperes in quadragesima semper recreare conveverunt, id est, nona, de labore ad requiem cum tructu sexagimo transiit, reddente illi Domino coronam justitiae, propter quam tanta & talia, dum adhuc viveret, non destitutus agere. Multorum festivitas Sanctorum in Ecclesia celebrantur, &c. vid. lin. 17. seqq.

XXVII.

EMENDATIONES ET SUPPLEMENTVM CHRONICI WEINGARTENSIS MONACHI DE GVELFIS PRINCIPIBVS.

Ex MSto.

Pag. 781. lin. 20. igitur -- - - hujus. leg. igitur rationis hujus. 43. jam majori. -- tam majori.
pag. 782. lin. 1. leg. successores suos. 4. quia -- quod. 13. festinatis. 25. primo --
tertio. 48. Ethiogonem -- Eithichonem. 50. Stutzina -- Schuzina.

pag. 783. lin. 1. Eiislingen -- Enslingen ibid. Andiliungen -- Andilungen. 2. Lugenetz --
Lognitz. 6. ministerialibus -- ministerialibus. 8. Herili Sella -- Heciliscella. ibid. Raprechceswil-
lare -- Raprecheswillare. 12. Richluit. leg. fuit Richlint. 13. Cono -- Cuno ibid. Leapaldum -- Leo-
paldum. 17. Diebon. 22. Gaubac -- Cubach. 23. Uringen & Selinbach -- Utingen & Selmbach. 24.
24. natura debitum. 25. humatus. 26. WELFONE leg. WELFONE SECUNDUS, 27. Glitberg --
Gleitberg. 28. Juitham -- Imizam. 29. Moringen -- Möringen. 30. Clismam -- Elifnam. 34. Duce
Suevia Imperatori Conrado Salico. tria illa vocabula: Suevia, Conrado Salico, desunt in MSto.

pag. 784. lin. 2. quam Atho ditissimus Marchio Estensis Italiae. leg. quam Azzo ditissimus Mar-
chio Italia, confirmante conjecturam, editioni nostræ annotatam, Manuscripto. 3. Elisma -- Eli-
sma. 10. convocatis Dominis leg. convocatis suis. 12. IMPERATORI RESTITUT -- IMPERATO-
RI VERONÆ RESTITUT. 17. Wingartin -- Winigartin. 18. & qui. leg. avi ex MSto, juxta con-
jecturam. 29. Bavaria. 43. Baldubini -- Baldwini. 49. Zwifalten -- Zvivitam.

pag. 785. lin. 1. Buchorn -- Bouchorn. 5. volens de -- volens Deo. 8. sancta loca. 8. Utamut -- ut
autem. quemadmodum jam ex conjectura emendaveramus 19. MEHTILDAM -- MAHTIL-
DAM. 23. quique & utriusque. 33. domino -- dominio. 38. potentes -- potenter. 40. Magmonis --
Magmonis. ibid. sua de est in MSC. ibid. Vulfdem. 42. filias suas. ibid. Coitholdo. 43. sororem ejus quidam,
omissa voce Berchtam. 46. Alicugam -- Aliegam. 47. Schiten -- Schirin.

Pap. 786.

Pag. 786. lin. 6. Haringen -- Zaringen. ibid. verba : ex qva Odocarum primum Marchionem genuit ; defunt in MSto. 7. Theopoldo ibid. Cambiensis, deest in MSto. 8. Voheburck-Voheburch. 51. Clarevallense. 33. contio -- concio. 34. ad autumnum -- in autumnum. 35. in MSto est Nurnberg, Gredingen. (Gredingen est praefectura in Episcopatu Eichstetensi.) 40. omni fidelitate -- cum omni fidelitate. ibid. dolo vocavit -- dolo, ut ajunt, vocavit. 43. Falschenstein -- Falchenstein. 46. Sorori suae Marchionissa de Stira -- Sorori sua Sophia Marchionissa. verb. de Stira in MSto defunt.

Pag. 787. lin. 1. Nocte monitus. leg. nocte armato milite minus caute in castra irrueret, Henricus premonitus. 10. Cougindorf -- Toungendorf. 16. Wolferatenhusen. consituunt -- substituunt. 22. omnes. omnes suos. 25. Tonstauphen -- Toumstauphen sed rectitus editum. 30. Wolferatenhusen. 38. quam diu qui diu. 39. Tuni-stouphen -- Tumstauphen. 49. aliquid -- aliqua. 43. Calnwe. 47. milites sin eo. milites suos in eo. 48. Gindelungen -- Sindelningen.

Pag. 788. lin. 3. Uxoris Stouweburch -- uxoris sua Scouwenburch. 4. Lewstein -- Lounstein. II. castro, aliis -- castro ac aliis. 16. totam -- totam quadragesimam. 19. Leopaldo. 31. advocaretur -- reu caretur. 36. fluvium -- fluvium Enum. 39. Clarevallensis. 41. initio -- merito. 45. qvæ in -- qvæ & in.

Pag. 789. lin. 10. Ut generali -- ut in generali. 18. simul -- similes. 20. Ratisponæ in brevi.. Ratisponæ præfigitur: Quo veniens, regalia quidem, multis illeculis promissis, reddidit: sed ad ea, quælibet inter eos tractanda erant, dies in brevi. 50. Wiinsperg -- Winisperch. 45. verb. de Austria defunt in MSto.

Pag. 790. lin. 4. Hocqve -- hoc. 8. Cathouwe -- Tachouwe. 12. geberra -- guerra. 45. Mathildis.

Pag. 761. lin. 4. Usqve -- versus. 5. Gwelfi -- Guelphi. 14. Tubingen -- Tuingen & paulo post Touingen. 18. accipiens -- recipiens. 35. Coningen -- Touingen. 46. auxilium -- in auxilium. 48. in modum vallis -- in modum vallis eminentem. 49 de Veringen -- de Veringen signum ferente.

Pag. 792. lin. 2. Gwelfo -- Gwelfo ipse. 3. comitatus -- comitatus. 6. vastatione -- invastatione. 7. omnis. Comitis. ibid. In Vallere. 14. IV. III. 23. fluvium -- fluvit. 29. revertuntur -- revertitur. 34. Cuningem -- Tusingen, pro qva voce editum alias habet Tubingen.

Lin. 36. & 37. Post verba:

Translata sunt autem, & offa Guelfonis nostri, & in Monasterio Staingaden a patre suo fundato reposita sunt;

adduntur in MSto. Steingadensi seqventia.

Igitur Guelfo senior, post obitum filii nullatenus hæredem suscepturn se de conjugate ratus, cum & illa minus diligeretur, & alienorum magis amplexibus delectaretur; studuit per omnia solenniter vivere, venationibus insistere, conviviis & voluptatibus deservire, in festivitatibus & variis donationibus largus apparere. Itaque ne talibus rebus minor sumtus contingere, Principatum Sardinie, Ducatum Spoleti, Marchiam Tuscia, & egregiam curtem Elesinam, (a) qvæ domu dicitur Domina Mathildis, cum suis appendicis, Imperatori Friderico sororio suo, tradidit; auri & argenti quantitate, qvam postulabant, accepta. Cujus pecuniae non modicam partem diversis Monasteriis pro remedio animæ suæ distribuit, maximè tamen Staingadiensi Ecclesia, qvam fundaverat, obtulit; cuius & artifices, tam murorum qvam aliarum ædium, qvoad usqve vixit, singulis annis per se remunerare voluit. Eodem etiam tempore convocatis optimatibus tam Bavariæ qvam Sveviæ in pleno Lyci ultra Augstam, in loco, qvidicitnr concio Legum, solenne (b) Pentecosten celebravit, innumerabilemque multitudinem, undecunqve coadunatam, laute pavit. Omne demum patrimonium suum Henrico fratre suo, Duci Saxonie & Bavariae, conventione facta, tradere spondit: Sed orto inter eos dissensionis scandalo, ipsam transactionem ad Imperatorem F. & ejus filios convertit. Imperator ergo F. vir omnibus sagax & providus, in auro & argento toto nisu satis faciens avunculo, traditam sibi hæreditatem lege gentium possedit: & qvædam in signum possessionis sibi retinuit; reliqvis vero ipsum Gv. in beneficiavit, qvædam & de suis superaddidit. Exeperat tamen idem Gv. qvædam prædia, qvæ jam dudum pro remedio animæ suæ daturum se Deo overat, scilicet, Vidanshoven cum suis appendicis, qvod S. Petro in Augusta donavit; Berge & Wilate cum suis appendicis, qvæ S. Martino in Weingarten delegavit; Widergelingen & curiam in honorem Sardis, (c) singula cum suo jure, qvæ S. Johanni Baptista in Stein.

(a) Errat auctor, confundens curtem Elisinam in Italia, qvæ ab Irmengarde Cunigundis matre, Azonis sociu venit, cum domo seu hæreditate Mathildis, qvæ serius ad Guelfos pervenit, per maritum felicem ejus Guelfum, Guelfi filium, Azonis & Cunigundis nepotem. (b) Solenniter. (c) In MSCC Weingarten ista legitur: Curiam in Horrem, id est, Stadel, & bona Schars.

Staingaden pro dote obtulit. Haec tenus, quid de rebus & hæreditate famosissima homo nobilis. simus disposuit, sat dictum putamus: Nunc, qualiter de reliquo vixerit, paucis ostendemus; siquidem de præteritis solennitatibus in continuis sumtibus nihil vel parum remisit; arma præclara cum vestibus pretiosis, curiæ suæ militibus & consociis, idoneis temporibus ministrando; Proscriptos & undecunque refugientes ad se, benignissime fovendo; in amore muliercularum plura dissipando. Nec minus eleemosynis studens, pauperum, & maxime cæcorum & leprosorum curam sollicitus agebat. Quid multa? evidebit, quanto plura nitebatur expendere, tanto plura divinitati dignabatur inpendere; ut apte dicatur, quod hic homo fuit, cui fortuna non cæcis sed clavis oculis, arriserit. Tandem parer misericordiarum, qui flagellat omnem filium, quem recipit; & hunc, dum jam metas senectutis transisset, tentatione cæcitatis corripuit. Quod flagellum sic patienter & honeste sustinuit, ut à paucis vix sciri potuerit. Ex tunc eleemosynis magis intendit, à coniunctis delectationibus temperavit, libidinem frugalitate mutavit. Spiritualibus hominibus, sed præcipue Staingadinenſi loco, toto desiderio subvenire satagebat. Uxori quoque suæ Orie, nobilissimæ & castissimæ foeminae, à Transalpinis partibus ad se vocatae, reconciliatus est; & sic deum Mamingen, (a) ubi frequentius morabatur, infirmitate gravicorruptus, anno ætatis suæ 76. plenarie pœnitens, diem clausit extremum. Inde sublatus à suis ministerialibus, quos ipse vivens ad hoc fide data constrainxerat, versus Staingaden deportatur. Sed in ipso transitu, talem honorem, ut putamus, honorabili Principi divinitate deferente; H. Imperator, ex Italia regressus, occurrit in Bourron: Et illuc exanimi corpore delato, exequias ejus satis honesto celebravit obsequio. Imperatore vero iter suum aggrediente, corpus venerabile cum multo comitatu Abbatum, Præpositorum, Clericorum, hominum nobilium & militum, tam suorum quam provincialium, ad prædictum locum dederunt; ubi ab Augustano Episcopo Udalchalco honore condigno juxta filium lepusus quiebat. Deo gratias!

Lin. 40. paginæ 792. Idungesheim. 41. Hartmannum. 42. Kilichberg -- Kilicberg 74. Henricus Dux junior (b) 48. Winigartin in notis lin. antepenult. Prennes leg. Prenner.

Pag. 793. lin. 6. Flockberg. 18. Altendorffensi -- Altorfensi. 19. confringeret -- frustratim confringat. 24. Deuthonicorum. 26. Ducem -- Ducem Henricum 37. MCLXXVI. delecto uno C. 40. pro M.C.LVIIIXX. lege: M.C. LXXVII. 44. & Idus -- II. Idus. 45. Winigartin. ibid. Bernio -- Berinn. Juxta Bucelinum tunc temporis sedi Constantiensi praefuit Hermannus, nobilis de Fridingen. 46. M.C.LXXX. vero leg. MCLXXXIV. 48. Veronensisbus -- Veronesibus & Mediolanensisbus. 52. MCLXXXI. ibid. Winigartensi.

Pag. 794. lin. 5. Mamigen -- Mamingen. 18. DCCXX, uno -- DCCXXII. 21. vero -- secunda. 22. XL, vero. leg. XLII. 31. interficit. 39. vero -- secunda. 41. Pius dicitur. 43. r. an. -- regnat. vit. an.

Pag. 795. lin. 2. Pater -- Pius, 3. fratre Aurelio -- fratre Lucio Aurelio. 5. Commodus in MSto. deest. 6. Ælius -- Helius. Balbinus -- Albinus. 14. Origenes claruit, Romæ Coronantur. Hæc ita distingueda: Origenes claruit, Roma coronantur [sicilicet martyro] 17. 18. Maximus Gordianus in MSto recte præponitur. 20. Romæ. Coronatur -- Roma coronantur. 21. Sixtus -- Xistus. 23. 24. XV. -- IX. 27. Gennus -- Gennuus. 33. Prusbo -- Probus. 34. Caricio -- Carino 35. Maximianus. Ibid. persecutio exorta -- persecutio Xorta. 38. regnavit cum Valerio Maximo. 39. Caralius -- Coralius. 42. Synodus -- In Nicæsynodus. 44. filii Constantini Magni. 45. XXIV. -- XXVII. ibid. claruerunt. -- Episcopi claruerunt. 46. Gregorius Nazanzi Nazianzennis. 47. Athanasius Episcopi -- Arbanasius & Episcopi 49. hereticus fuit. 50. Maximus -- Martinus &.

Pag. 796. lin. 12. obsidere -- obfide. 14. Basilio -- Basilio. 19. Lodowicus. 23. Severus -- Senator 30. Constantinus leg. Constantinopoli. 33. Vitigis. 38. Langobardorum. 46. Macrina -- Martina 54. Ausigisi -- Augisi.

Pag. 797. lin. 1. Bardanicus -- Bardanins. 3. Tutuclæ -- Tudites [Tudites] 10. Andogarius -- Andogarius. 15. nubem posuit -- nubere dispositus, 20. constituitur -- construitur. 21. Ludewicus 24. Anglorius -- Ansgardus. 32. transferunt -- transferuntur. 36. Welfonis -- Welfonis primi 41. invalis. leg. invasis. Alemarium vostant. 44. coepit. 1. confligentes -- confligentes, incendia faciunt. 52. Chouniæ. Chounizæ 53. voces: Incendia faciunt; defunct in MSto, ut pote ad quartam ab hac lineam pertinentes. 55. Choniæ -- Choniæ.

Pag. 798. lin. 1. Dux Welf. -- dictio Dux deest in MSto. 3. M.XCII. -- MLXXXIX. 9. M.C.XL. Unde pro querimonia -- MCLXVII. pro querimonia. 9. Sanguinis. leg. Sanguini. Sanguinus fuit Princeps Saracenorum. vid. Tom. 1 pag 785. in notis. 14. Ludvitæ -- Ludvinæ. 22. Bavariorum. Bawarum. 27. Georgii -- Georgii forte Gregorii. 33. Regni -- Regnisi XXXIII. 38. Welfo. 43. comminatio. continuavit. 48. Steingadin -- Steingadin dictum, 5. prædictorum -- predictum.

Pag. 799. post lin. 4. Legitur in MSto. DE ORDINATIONE HENRICI IMPERATORIS. 8. M.C.XXII. -- MCXCI. ibid. Imperator -- Imperator filius. 8. à Roma. Post lineam 14. sequuntur verba
Ooo o

(a) Memingen hodie urbs imperialis libera. (b) est, qui vulgo Henricus Superbus.

verba : *DE CAPTIVITATE REGIS ANGL.* 16. præcipitatum -- *vento præcipitatum*, post lin. 22.
DE SECUNDA EXPEDITIONE. 27. dispositus -- *disposito*. 34. *Winigarteni*. ibid. Beengartin..
Berngartrutte. 37. fortis -- *fratris*. 38. consumpta -- *resumpta*. 40. pridie *pridem*. 43. intigni- *in infi-*
gni. 48. *Imperator* -- *Romanus Imperator*. 52. *assidere refert* -- *affidere refert*, id est, differt. 53. *sydus*..
fidus. 48. *una scilicet stella*.

XXVIII,

EXCERPTA DE GVELFIS.

EX VITI ARENPECK PRESBYTERI FRISINGENSIS
 CHRONICA BAJOARIORVM

EX MSto

De Duce Bavariae Conrado, qui & Chuno; qui exul obiit.

Conradus, qui & Chuno, Ducatum Bavariae ab Imperatore Hainrico tertio Anno Domini M. XLIX. recepit. Deinceps anno M. LIV. dictus Chuno, Dux Noricorum, federatis sibi Hungaris, graviter rebellat. Qui ab ipso Hainrico Imperatore, a quo constitutus, ob perfidiae suæ culpam à Bavaria expulsus, anno Domini M. LX. in Pannonia exultale moritur. Deinde Imperator auctoritate Imperiali uxori suæ Agneti Imperatrici, nobilissimi Gallicarum Principis Guillelmi, Pictaviæ & Aquitanæ Ducis Sorori, Ducatum Noricum donavit.

De Imperatrice Agnete, qua Bavariam rexerit.

Agnes Imperatrix Ducatum Bavariae uberi pace septennio gubernavit. Sed, quia dissensiones in regno, ecclesiæ perturbatio, monasteriorum destractio, totius iustitiae ac religionis concutatio, & multa incommoda oriebantur : ipsa nobilissima Imperatrix, Regis Hainrici Genitrix, rerum permutationes considerans, tædio affecta vel potius divinitus compuncta, Ducatum Bavariae depositus, & regni gubernacula penitus pro Christo contemnens, anno Christi M. LXIX. ad monasterium Frateriam religiose vivens, se contulit. Ac inde Romam veniens, XX. annis vidua permanens, & per aliquot tempus ibidem subsistens ibique dignis pœnitentiæ fructibus mira interviens humilitate, post aliquot annos in Domino præsentem vitam finivit anno Domini M. LXXVII, & in ecclesia Beatæ Petronellæ honorifice in tumba marmorea est sepulta.

De Ottone Duce Bavariae, quem Egino diffamat.

Otto Dux Bavariae ab Agnete Imperatrice constituitur. Hic itaque Saxo genere, Vir amplissime nobilitatis, prudentia rebusque bellicis per paucis erat comparabilis, & in tanta apud universos primates excellentia habitus, ut Rex Hainricus, qvijam Saxonibus omnino suspectus & invitus erat ipsum contra se in regni fastigium elevari posse formidaret, si res sua secus cederet. Hinc per versitatis materiam aripiens qvidam Egino, mediocrinatus loco, rebus admodum tenuis audaciata- men & nequitia satis diffamatus ; patrocinantibus qvibusdam regis fidelibus, curiam irrepit, & magnum illum heroem, qui eum nunquam noverat, secum de Regis nece tractasse commen- tus est : *se ipsum etiam*, ut mos est, *Potestati regiae vadem obtulit*, qvouique campali duello cum Duce configens, vera comprobaret, qvæ retulit. Quid multa ; placitis vel colloqviis regalibus, uno Moguntia, altero Goslaria condicis, Ottō cum Eginone, utpote Dux cum latrone, primas cum ignobili, congregati contemptis : sua tamen innocentia vel Eginonis improbitas minime latuit. Sic Ducatum Bavariae Otto, ut reus læse Majestatis, amisis 1071. qvem Welfo qvidam, illustris & acer atque bellicosus, natu Suevus, accepit : anno Christi M. LXXII. Hainricus Rex IVtus, Ottonem usque qvæque persecutus, qvam plures munitiones ejus destruxit, prædia vastavit, & ut veretur publicæ hostem omnino eum delere pertractavit. Econtra ille, militibus electis instructus ; ipse qvoque manu fortissimus, & animo nimis efferatus ; qvia cum regiis copiis configere non pote- rat, nunc præda, nunc flammis, nunc etiam ferro, qvocunque se fors obrulit, suas injurias ulci- sci fatagebat. Demum Bavaria cessit, Saxoniamque ingreditur, ubi conjuratio magna in Regem subsecuta dinoscitur. Welfo nihilominus Ducatum obtinuit. Huc usque ab Heinrico Duce Ba- variae, fratre primi Ottonis Cæsarlis, Duces Bavariae ; qui omnes à Saxonibus orti videntur. Do- inde Svevi subintrarunt usque ad Ottonem Schirenssem Palatinum de Wittelsbach.

De Gul.